



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia contra Stadingos Henrici II. Ducis Lotharingiae, qui
cognominatus est Magnanimus. Cap. LX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

*De sacra militia contra Stadingos HENRICI
I I. Ducis Lotharingie, qui cognominatus
est Magnanimus.*

C A P. L X.

v. Dux Lo-
tharingie &
Brabantie.

HENRICO patri filius successit Henri-
cus I I. qui multa gessit bella inter Rhe-
num & Mosam. Cum in obsidione Colo-
niensis vrbis, filij Domini de Daelhem spo-
liassent conuehentes ad exercitum eius pis-
ces, auditis querelis iurauit se vindicaturum
antequam in Brabantiam reuerteretur. Vnde
in reditu castrum prædictum occupauit, &
per hoc Brabantiam fortificauit.

Cap. 2.

lib. 7. c. 47.

Sed de Stadingis hæreticis, quos ille cruce
signatus exstinxit, ita scribit Thomas Can-
tipratensis libro I I. Apum, Quarta nostri
temporis Crux contra Stadingos prædicata
est, quos in Teutonia Henricus Dux Bra-
bantia cum suis strauit. Sed multo pleniùs
Albertus Crantius in Metropoli Hambur-
genfi, Erant, inquit, Stadingi populi palu-
stres, fluuiorum ripas in Archiepiscopatu
Bremensi accolentes, qui, libertate Ecclesie
conculcata, nulli parcebant sexui vel ætati,
responfa dæmonum quærebant, errone-
pythouissas consulebant, & viaticum salu-
tis æternæ horribiliùs quàm deceat exprimi,
pertractabant: religiosos & clericos impiè
tormentis lacerabant, & quos poterant, ma-
ximè infinitam rusticorum multitudinem,

in

in foueam suæ perfidiæ trahebant. Quæ cum Gregorio IX. per varios Episcopos innotuissent, contra eos, tanquam infideles, Crucem iussit prædicari. Quam mox Henricus Brabantia Dux, & Florentius Comes Hollandiæ, multiq̃ue eorum subditi, amore religionis & plenariæ indulgentiæ hilariter susceperunt. Cumq̃ue diuinæ patientiæ inuafores, qui eis vt furibundi canes ordinata acie obuiam processerunt, in virtute Domini Sabaoth inuaderent, eos hastis, gladiis, ac equorum pedibus ita oppresserunt, vt breui spatio sex milia ex eis interirent, plurimi fugientes in foueis & Wisera sint submersi. Aderat & clerus eminus pro Crucis victoria supplicans. Ceciderunt autem ex Dei exercitu Henricus Comes de Oldenborch, & cum eo peregrini nouem.

Hic Henricus I. duas habuit vxores, quarum prior Maria fuit filia Philippi Regis Romanorum, auos habens Fredericum & Emanuelem Imperatores: posterior Sophia, filia Ludouici Turingiæ Landtgrauij (qui septima Christianorum in Asiam à Frederico secundo suscepta expeditione cum pluribus alijs crudeliter absumtus est) & S. Elizabeth.

Ex hac Sophia primogenitam suscepit filiam Mathildim, quæ in maritum accepit Robertum primum Comitem Atrebatensium ac sancti Paulli, qui mortuus est in sacro Syriæ bello anno C. I. D. C. C. XLIX. Huius

fratres erant S. Ludouicus Rex , qui in secundo contra Sarracenos bello peste defunctus est; & Carolus Comes Andium, primus è Francorum stirpe à Clemente I v. Siciliae & Neapolis Rex creatus, propter tyrannidem Marfredi nothi filij Frederici Imperatoris, quem in pugna occidit.

De sacra militia HENRICI III. qui cognominatur pacificus.

C A P. L X I.

VI. Lotharingie & Brabantie Dux.

Pro terra sancta Cruce signatur.

HENRICVS III. inquit Petrus de Thuringo, inter Principes sui temporis sanguinis nobilitate præclarus, qui suæ nobilitatis lineam moribus atque virtutibus clariorem effecit, ad subsidium terræ sanctæ Cruce signatus, antequam proficisceretur morte præuentus, in iuuentute florida & in bona confessione Louanij obiit, anno CIO. CC. LX. prid. Kalend. Martij.

HENRICVS IV. Dux Lotharingie, cognomento simplex, nondum seculum noscens, ad militiam monasticam secessit.

C A P. L X I I.

VII. Lotharingie & Brabantie Dux.

HENRICVS III. heredem reliquit Henricum IIII. puerum nouem annorum: qui postquam sub tutoribus VII. annis Ducem egisset, membris debilis, & sensu deficiens, fratri suo Ioanni Ducatum resignauit, primùm in Cortenberge, & deinde Cameraci